

Doridi circūfunditur, ad mare utroq; latere ambiēs. In ea promontorium Pedalium. Amnis Glaucus deferens Telmessum. Oppida Dadala, Crya fugitiuorū. Flumen Axon, oppidum Calydna.

Indus fluuius.

CAP. XXVIII.

**A**Mnis Indus in Cybirationum iugis ortus, recipit lx. perennes fluuios, torrētes vero amplius c. oppidum Cynos liberum, deinde Pyrnos. Portus Cressa, à quo Rhodus insula xx. M. locus Loryna. Oppida Thyrsanusa, Paridion, Larymna. Sinus Thymnias. Promontorium Aphrodisias. Oppidum Hyda. Sinus schœnus. Regio Bubassus. Oppidum fuit Acanthus, alio nomine Dulopolis. Est in promotorio Gnidus libera, Triopia, dein Pegusa & Stadia appellata. Ab ea Doris incipit, sed prius terga, & mediteraneas iurisdictiones indicasse conueniat. Vna appellatur Cybiratica. Ipsum oppidum Phrygia est. Conueniunt eo xxx. ciuitates.

Laodicea, Apamia, Ionia, Ephesus. CAP. XXIX.

**C**eleberrima vrbe Laodicea. Imposita est Lyco flumini, latera alluentibus Asopo & Capro, appellata primo Diospolis, dein Rhoas. Reliqui in eo cōuentu quos nominare nō pigeat, Hydrelita, Themisones, Hierapolita. Alter cōuentus à Synnada accipit nomen. Conueniunt Lycaones, Appiani, Cercopeni, Dorylei, Midae, Iulenses, & reliqui ignobiles populi xv. Tertius Apamiam vadit, ante appellatam Celenas, dein Ciboton, Sita est in radice mōtis Signia, circūfusa Marsya, Obrima, Orga, fluminibus i Meandrum cadentibus. Marsyas ibi redditur, ortus ac paulo mox conditus, vbi certauit tibiaram cantu cum Apolline Aulo crene: ita vocatur conuallis x. M. pass. ab Apamia, Phrygiam petentibus. Ex hoc conuētū deceat nominare Metropolitā, Dionysopolitā, Euphorbenos, Acmonenses, Peltenos, Silbianos. Reliqui ignobiles ix. Doridis in sinu, Leucopolis, Amaxitos, Eleus, Euthene. Dein Caria oppida, Pitaiū, Eutana, Halicarnassus: sex oppida contributa ei sunt à magno Alexandro, Theangela, Sibde, Medmassa, Euraniū, Pedasum, Telmessum. Habitat inter duos sinus, Ceramicum & Iasium. Inde Myndos, & vbi fuit Palamyndus, Nariadus, Neapolis, Cariada. Termera libera, Bargyla, & à quo sinus Iasius, oppidum Iasus. Caria iteriorū nominū fama prænitet: quippe vbi sunt oppida, Mylasa libera, Antiochia, vbi fuere Seminetos & Cranaos oppida, nunc eam circumfluunt Meander & Moissinus. Fuit in eo tractu & Meandropolis. Est Eumenia Cludro flumini apposita, Glaucus amnis, Lysias oppidū & Orthosia, Berecynthius tractus, Nysa, Trallis, eadē Euanthia & Selencia & Antiochia dicta. Alluitur Eudone amne, perfunditur Thebaide. Quidam ibi Pygmeos habitasse tradunt. Præterea sunt Thydonos, Pyrrha, Euromē, Heraclea, Amyzon, Alabanda libera, quæ conuentum eum cognominauit. Stratonicea libera, Hynidos, Ceramus, Træzene, Phorontis. Longinquiores eodem

disceptant foro, Othronienses, Halydienses, seu Hippini, Xystiani, Hydissenses, Apolloniata, Trapezopolitæ, Aphrodisienses liberi. Præter hæc sunt Coscimus, Harpasa apposita fluuiio Harpaso, quo & Trallicon cum fuit alluebatur. Lydia autē perfusa flexuosi amnis Mæandri recursibus, super Ioniam procedit. Phrygia ab exortu solis vicina, ad septentrionem Mysia, meridiana parte Cariā amplectens, Maonia ante appellata. Celebratur maxime Sardibus in latere Tmoli mōtis, qui ante Timolus appellabatur, vitibus consitus, & ex eo profluente Pactolo eodemq; Chrysothoas, ac fonte Tarne: à Mæonijs ciuitas ipsa Hyde vocitata est, clara stagno Gygeo. Sardia nūc appellatur ea iurisdictione. Conueniuntq; in eam extra prædicos, Macedones Cadueni, Loreni, Philadelpheni, & ipsi in radice Tmoli Cogamo flumini appositi Mæonijs, Tripolitani: ydem & Antoniopolitæ Mæandro alluuntur: Apollonohieritæ, Mysormolitæ, & alij ignobiles. Ionia ab Iasio sinu incipiens, numerosiore ambitu littorū fleclitur. In ea primus sinus Basilicus, Posideum promontorium & oppidum, oraculū Branthidarum appellatum, nūc Didumei Apollinis, à littore stad. xx. Et inde clxxx. Miletus Ionie caput, Lelegeis ante & Pirysa & Anactoria nominata, super lxxx. vrbum per cūcta maria genitrix: nec fraudanda ciue Cadmo, qui primus prosam orationem cōdere instituit. Amnis Mæander ortus è lacu in monte Aulo crene, plurimisq; affusus oppidis, & repletus fluminibus crebris ita sinuosus flexibus, vt sæpe credatur reuertit, Apamenam primū peruagatur regionē, mox Eumeneticā, ac dein Bargylleticos campos: postremo Cariā placidus, omnesq; eos agros fertilissimo rigans limo, ad decimū à Mileto stadiū lenis illabitur mari. Inde mons Latmus. Oppida, Heraclea montis eius, cognominis Carica, Myus, quod primo condidisse Iones narrantur, Athenis profecti, Naulochum, Priene. In ora quæ Trogilia appellatur, Gessus amnis. Regio omnibus Ionibus sacra, & ideo Panomia appellata. Iuxta fugitiuis conditū (vti nomen indicio est) Phygela, fuit & Marathesium oppidum. Supra hæc Magiesia Mæandri cognomine insignis, à Thessalica Magiesia orta. Abest ab Epheso xv. M. pass. Tralibus eo amplius ccc. antea Thessalocæ & Androlitia nominata, & littori apposita, Derasidas insulas secū abstulit mari. Intus & Thyatira alluitur Lyco, Pelopia aliquando & Euhippia cognominata. In ora autē Manteum, Ephesus Amazonū opus, multis ante expetita nominibus: Alopes cū pugnatū apud Troiā est, mox Ortygia & Morges vocata est, et Smyrna cognamine Trachea, & Samornū, & Ptelea. Attollitur monte Pione. Alluitur Caystro i Cybirationum iugis orto, multosq; amnes deferēte & stagnum Pegaseum, quod Phyrtes amnis expellit. Ab his multitudo limi est, qua terras propagat, medijsq; iā cāpis Syrien insulā adiecit. Fōs in vrbe Callipia: et templū Dianæ cōplexi è diuersis regionibus duo Selimintes. Ab Epheso Manteū aliud

c. iij Colopho-